UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Donationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

Alluuionis:⁊a ſimili facit lex qđ ſic,qꝛ fructuarius debet habere.ff. de vſufruc.l.item ſi fundi.§.j.Simile conſuetudini facit quod non qꝛ vaſallus non debet habere,vt x.colla.in ti.de controuerſia inueſtiture.§.ſi quis de manſo.dicit Mar.Sil.qđ ſimile conſuetudini debet ſpectari qꝛ magis eſt ſimile,cum vtile habet dominiū ſicut vaſallus.fructuarius autem non habet dominium directum, nec
a vtile. Sal. contrariū dt q ſimilis lex debet ſpectari.qꝛ ſimile cōſuetudinis procedit per locuꝫ a ſimili lex procedit per locū a maiori, qđ eſt fortius.vt no.in l.j.§.de neg.geſt.¶Trigeſimonono quero
44 †quid ſi vtrumqꝫ ſimile procedit pariter per omnia.verbi gratia, queritur an emphyteuta debeat habere ita incrementum alluuio
a nis:ſimile legis facit quod ſic:qꝛ ſuperficiarius debet habere.Simile conſuetudinis facit quod non:qꝛ vaſallus nō debet habere: Reſpondeo,ſimile legis debet ſpectari.Ratio qꝛ iſta conſuetudo eſt contra legem.⁊ ideo ad cauſam ſimilem non extenditur arg.ff.
45 eo.l.quod non ratione.⁊ qđ.§.dixi.†Ultimo,quicquid doc.in hac materia ſcribūt,diſtinguendo ſic concludo qđ aut conſuetudo eſt contra legem,aut preter legem,in ſecundo caſu conſtat eā debere ſeruari.per l.j.§.eo.⁊ de edi.priua.l.an in totum.⁊ in d.l.de qbus.in j.reſpōſo.Primo caſu,aut cōſuetudo eſt cōtra ius naturale, ⁊ nō dꝫ ſeruari,vt inſti.de iu.natu.§.ſed naturalia.⁊ de legi.ag.tut.§.fi.⁊ ff.de capit.dimi.l.eas.Aut contra legem diuinam,⁊ idem.facit qđ not.ff.de conſtit.priu.l.j.in prin.⁊ §.ſi contra ius,vel vti.pub.l.fi.de vſur.auth.ad hec.Aut contra ius gentium,⁊ idem,vt d.§.ſed naturalia.cum ſimi.niſi ex cauſa vt ff.commu.predio.l.venditor.§.ſi cōſtat.Aut eſt contra ius ciuile,⁊ tunc aut eſt expreſſe reprobata p legem.⁊ non vꝫ vt §.de vſur.l.eos.§.pe.⁊ de ſac.ſan.eccl.authen. caſſa.de fur.auth.nauigia.com munia de ſucceſ.auth.omnes peregrini.⁊ ff.ad le.Rhod.de iactu.l.deprecatio.ſecundum vnā lec.⁊ in auth.vt nulli iudi.§.nulli vero.Aut non,⁊ tunc aut eſt inducta p conſenſum erroneum contra legem,⁊ tunc non vꝫ,vt §.dixi in illa q.an per conſenſum erroneū conſuetudo poſſet induci.aut ex certa ſcientia,⁊ tunc aut precedit legē,⁊ tunc quidā diſtinguunt, qđ aut apparet ex tenore dicte legis eius latorē ſenſiſſe vel ſciuiſſe cōſuetudinē localē,⁊ tollit ipſam vt ff.de ſep.vio.l.iij.§.diu⁹.Aut nō, ⁊ tūc non,ſꝫ illa lex ſuccūbit,vt extra de cōſti.c.j.lib.vj.⁊ §.de teſta. l.fi.Ego aūt ſic dico vt §.dixi in opp.ij.q aut dicta cōſuetudo eſt contra legem ⁊ lex ſequens contraria illi conſuetudini tollit eā.vt d.§.diuus.Aut preter legē.⁊ tunc nō ſed lex ſuccumbit illi,vt d.c. j.extra de conſtit.⁊ l.fi.§.de teſta.⁊ in auth.de non alien.§.qꝛ vero veriſimile.cum ſi. Aut cōſuetudo eſt generalis,⁊ vincit legem generaliter,vt d.l.de quibus.Aut eſt ſpecialis,⁊ localis,⁊ vincit eam ſpecialiter in eo loco,vt hic,in prin.ſecūdum vnā lect.⁊ ff.cōmunia predio.l.venditor.§.ſi conſtat.⁊ de admi.tut.l.ſi ſine herede.§.Lucius.⁊ de polli.l.Imperatores.in fi.nō generaliter in omni loco,vt in fine huius legis,ſecundum vnam lect.⁊ veram,vt §.dixi in ſolut. primi ⁊ ſecundi contrarij,⁊ ſic eſt finis iſtius repetitionis.

De donationibus. Rubr. LIIII.

LEX I.

a **EMptionum.** [a] Qui donat inſtrumenta emptionum videtur donare res emptas.hoc dicit. Tene menti hanc legem ⁊ ſimiles notatas in gloſſ.quod qui tradit inſtrumentum, videtur tradere illud quod continetur in eo.

ADDITIO.

a ALEX.¶Emptionum.Iſtam legē declara,⁊ intellige,vt habes per Alex.in l.iij.in princ.de acqui.poſ.vide Bal.in l.fi.quando fiſc. vel priua.⁊ ad hanc legem vide Bal.in l.ab emptio.ff.de pactis.

LEX II.

SI nominis. Cum actio ceditur,debitoris conſenſus non requiritur.

LEX III.

SPem. Spes poteſt cedi.

LEX IIII.

SI functiones. Glo.legit hanc legem duobus modis. Primo modo.
a ſolutio tributorum [a] non probat aliquem eſſe dominum. hoc dicit.

ADDITIO.

a ALEX.¶Tributorum.Solutio tributorum non probat dominum,vide tamen Bald.in authen.ſi quis.de naturalibus liberis,⁊ l.ſi pater.⁊ ibi.§.de actionibus empti.

LEX. V.

SI donatio Uerbum,dono,in vltimis voluntatibus, fideicōmiſſum inducit, etiam parte abſente.

LEX VI.

NEc ambigi. Donatio,que incipit a traditione, poteſt perfici inter abſentes,h.d.

LEX VII.

CEnſualis. Hec eſt bona lex, ⁊ menti tenenda. Idē etiam ſequens dicit. Aſſigna
a tio in cenſum [a] non preiudicat domino non conſentienti, ſed ſi conſenſerit, vel ipſe pro alijs aſſignauerit, videtur donare, niſi probetur contrarium,hoc dicit.cum l.ſeq.

ADDITIO.

a ALEX.¶Cenſum.Iſta donatio non requirit inſinuationem,ſecundum Bald.in l.illud.de ſacroſanct.⁊ adde l.cum quis.ſecundū Bart.ibi,de acqui.re.do.

LEX IX.

LEgem,quam. Ut pactum donationis impleatur, ex ſtipulatione, vel preſcriptis verbis agitur. Item nemo videtur donare,de quo non cogitauit.

LEX. X.

NEc ignorans. Donatio collata in filium in poteſtate non valet,ſecus in emancipatum.

LEX XI.

CUm de bonis. Donatio facta in filium emancipatum,valet.

LEX XII.

POrtionem. Pars pro indiuiſo poteſt donari, hoc dicit.

LEX XIII.

SI aliquid. Breuitas epiſtole non vitiat donationes.hoc dicit.hec lex.

LEX XIIII.

SI filius. Nemo dat,quod non habet.hoc dicit.

LEX XV.

ÆRis alieni. Es alienum non ſequitur fundum, ſed ſucceſſorem vniuerſalem.h.d.

LEX XVII.

SI ue. Filio emancipato poteſt donari,⁊ facta donatio filio in poteſtate per emancipationem cum pacifica poſſeſſione poſtea confirmatur.

LEX XVIII.

SI donationis. Actio furti iam facti ciuilis,poteſt remitti.h.d.

LEX XIX.

SI auia. Mulier poteſt donare extraneis, etiam res ab eius parentibus habitas.h.d.

LEX XX.

VIce. Alius poteſt pro donante ſubſcribere.hoc dicit.

LEX XXI.

COnſtante. Mulier non poteſt donare dotem conſtante matrimonio. Secundo dicit gl.quod ſpem actionis de dote poteſt donare. Uide gloſſ.⁊ ſigna eam bene.

LEX XXII.

CUm res. Ut pactū donationis impleatur, agitur preſcriptis verbis.

LEX XXIII.

SI ea que. Res a me donata, poteſt mihi donari. hoc dicit.

LEX XXIIII.

SI patri. Donatio facta ab eo, cui non ſucceſſi, nihil mihi preiudicat.

LEX XXV.

DOnatio. Hec lex notab.loquitur quādo actum eſt, vt donatio fiat in ſcriptis. Secundum gloſſ.omnis donatio requirit inſinuationem ſecundū quod leges precipiunt, ſcilicet ſi quantitatem taxatam excedat. Item quod donationes in ſcriptis debent fieri forma,hac l.conceſſa. Uide gloſ.que eſt hic,ſuper verbo,cognomina.Notat hec l.
a quod donatio cauſa mortis debet inſinuari. [a] ſecundo not.quod donatio licet non ſit facta ſimpliciter, tamen debet inſinuari,ſi excedat quantitatem. Quod no.quia videtur hoc contra gl.que eſt in l.Aquilius.ff.eod.Uos videtis in plurib.legib.huius tituli,⁊ in iure fit in plurib.locis mentio inſinuationis. Quid enim eſt dona
b tionis inſinuatio? [b] Certe quod fiat in actis coram iudice,vt hic videtis,⁊ in l.ſanci.j.eo.⁊ Azo.in ſumma huius tituli.

ADDIT

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Inſinuari. Donatio cauſa mortis non inſinuatur, ſed eſt econtra in l. fi. C. de do. cau. mor. ⁊ glo. in l. j. C. eo. ⁊ Bart. in d. l. fin. C. eo. ⁊ quod no. Bal. in auth. ex teſtamento. de colla.

b ALEX. ¶ Inſinuatio. Quid eſt inſinuatio. adde Bal. in auth. ſi omnes. ſi vt ſe ab here. abſ. Bart. in l. Modeſtinus. ff. eo. ⁊ Bal. in l. illud. de ſac. ſanct. eccleſ.

LEX XXVII.

a **Lata.** [a] Donatio que debet fieri in ſcriptis, debet fieri modis preallegatis: etiam ſi fiat in cõiunctam perſonam. h. d. Et tene menti ver. geſt. in fi. quia eſt notab. caſus, vbicunqꝫ igitur fiat in actis donatio, non eſt curandum.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Lata. Uide ad hanc legem quod not. Barto. in l. poſt contractum. ff. eod.

LEX XXVIII.

a **Quiſquis.** [a] Rei donate retinẽs vſumfructum, rem videtur tradere. h. d. Not. quod quotidie occurrit, ⁊ eſt notabilis caſus.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Quiſquis. Et ad hanc l. vide que habes in l. iij. in prin. de acqui. poſ. fallit vbi requiritur vera traditio, ⁊ vbi eſſet ſuſpicio fraudis, ſecundum Bal. in l. j. C. de vſufr. Sed quid econtra, an per retentionem proprietatis videretur facta traditio vſufructus, ſeu vtilis dominij, dic quod non l. iiij. §. dare. ff. de vſuf. ⁊ no. Bal. cap. j. quid ſit inueſtitura. ⁊ in princ. vt hic.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Uide etiam ad materiam Bal. in c. cum veniſſent. ad fi. de reſti. ſpoliator.

LEX XXIX.

Necextraneos. Extraneis ⁊ ignotis poteſt donari, hoc dicit.

LEX XXX.

In hac. Donatio in vrbe debet inſinuari corã magiſtro cenſus, in alijs apud preſides prouinciarum, vel defenſores ciuitatum, hoc dicit. Not. hunc text. Quero an in donatione que inſinuatur, requiratur aliqua

a cauſe cognitio debet ne aliquis citari? [a] Dico quod non, ſed ſolum acta requiruntur, vt per ea donatoris voluntas comprobetur, vt hic dicit notab. tex.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Citari. In inſinuatione non debet pars citari. vide Bal. in l. Modeſti. ff. eod. Bal. in l. j. §. illud de temp. app. ⁊ in l. j. in prin. C. de li. conte. ⁊ in l. j. ⁊ ij. quando li. princ. da. melius in l. illud C. de ſac. ſan. eccl. ⁊ in aut. eo decurſum. C. de do. ante nup. ⁊ idẽ firmat Bal. in l. fi. §. fi. de in. do. Adde, an notarius poſſit inſinuare dona. ⁊ an iudicis requiratur autoritas, vel decretũ, Bal. conſi. cc ciij. l. j.

LEX XXXI.

* **In donationibus.** * In actis iudicialibus non ſunt ne-

a ceſſarij teſtes. [a] h. d. tene menti iſtam legem.

ADDITIO.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ In donationibus. Quid autem ſi fiant coram arbitris, vide Alex. in terminis in conſ. xiij. vol. j. tenentem quod ſit idem.

a ALEX. ¶ Teſtes. Idem tenet Spec. in tit. de inſtr. edi. §. reſtat. ver. ſed cum literis. Et hoc obſeruatur in practica. ſed conſidera propter text. in l. poſt mortem. ff. de adop. ⁊ hanc l. intellige ſi. dicit glo. in auth. de here. ⁊ falci. §. ſi vero abſit. Quandoque quod non requirantur ſubſcriptiones teſtium ſed nomina eorum quod not. per glo. in c. quoniam contra. ⁊ ibi vide do. ⁊ hic Cy. ⁊ Bal. ⁊ Bar. in l. ſi procurator. de condi. ob cau. dicit hic verum, niſi vtroqꝫ conſentiente. quod no. in l. falſus. C. de fur. ⁊ vide glo. ⁊ doc. in l. geſta. C. de re iudi. ⁊ Bald. in auth. ſed hodie nouo. C. ſi cert. pet. ⁊ Bart. in rub. de fi. inſtru. vide Bal. in l. illud. C. de ſac. ſanct. eccl.

LEX XXXII.

Secundum. Donationes in vrbe, debent inſinuari coram magiſtro cenſus ⁊ coram alio, contrafacientes legitime puniuntur. h. d.

LEX XXX II.

Illam ſubtilem. Hec eſt bona lex. Mandatum procuratoris in rem ſuam ſeu actoris conceſſio morte mandatoris ſeu ce-

a dentis non extinguitur. [a] Et procurator in rem ſuam ante litem conteſt. ⁊ poſt, poteſt alium conſtituere. h. d. not. De primo dic vt dixi in l. j. C. de actio. ⁊ obligat. De ſecundo dic vt vidiſti. C. de procurat. l. neque. ⁊ l. quod quis.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Extinguitur. Uide omnino, l. ſi. in prin. ff. eod. ⁊ no. per Bart. in l. ij. §. ſed ſi quis. ff. de don. Sed an poſſit reuocari expreſſe Bal. in l. j. de actio. ⁊ oblig. C. tenet quod non niſi tribus caſibus, in quibus in l. iij. C. de noua. alleg. gloſ. in l. ſicut. §. ſi procurator. ff. qui mo. pig. vel. hypo. ſolu. vide ibi Bald. in l. j. in ij. ⁊ iij. q. ⁊ adde quod Pet. ⁊ Cyn. in l. ſi quidem C. de actio. ⁊ oblig. per illum tex. volunt, quod mãdatum in rem ſuam morte finiatur, ⁊c. hic erat ceſſio, non mandatũ. Uide Bal. ibi. ⁊ adde quod ſi cedens actionẽ iniuriarũ, decedit re integra, finitur ceſſio, ſecũdum Bal. in l. fi. C. de her. ven.

LEX XXXIIII.

a
b **Sancimus.** [a] Donatio vſque ad trecentos aureos inſinuatione [b] non eget, vltra debet inſinuari niſi eſſet donatio imperialis, vel facta ad pias cauſas, que vſque ad quingentos aureos ab inſinuatione eſt libera, hoc dicit.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Sancimus vide queſt. tactam per Iaſ. in l. licet inter. ver. ſecundo habes. C. de pac.

b ALEX. ¶ Inſinuatione. Sed quid ſi quis donat vltra quantitatem hic a lege taxatam, cum aliquo onere adiecto, quod in effectu tranſit valorem quãtitatis vltra iſtam ſummam, vtrum egeat talis donatio inſinuatione? Et dicit idẽ Bal. per illum tex. qđ non in l. ſed ſi hec. §. cuidam. de condi. ⁊ demonſt. ⁊ ibi ſequitur Imol.

§. Ne autem. Hic eſt bonus caſus, ⁊ ſeq. vbi propter immenſam donationem communio rei inducitur, licet domino maioris partis pretium offerre, ⁊ totum poſſidere. Alias res diuiditur, ſi eſt diuidua. Si vero indiuidua, in dominium maioris partis transfertur predicta poteſtas. h. d.

* **§. Si quis.** * Hic eſt bonus caſus. In donationibus, que diuerſis temporibus celebrantur, cu-

a iuſlibet quantitas [a] per ſe contemplatur. hoc dicit. Quero, † circa

1 hanc legem de illa clauſula, que conſueuit apponi in donationib. tot intelliguntur eſſe donationes, quot ſunt res, vtrum valeat? Certe non, quia hoc ſolum debet inſpici, vtrum eodem tempore ſint facte, vel non, vt ex hac lege, ⁊ gloſ. manifeſte colligitur.

ADDITIONES.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ §. Si quis. Ad intelligentiam huius §. vide Alex. poſt Ang. ⁊ Pau. de Ca. in l. ſcire debemus. in fi. prin. ff. de verb. oblig.

a ALEX. ¶ Quantitas. Not. ⁊ per Barto. in l. recte Sabinus. Et de hac materia not. Spec. de don. ⁊ in tit. de inſtr. edi. §. porro. ver. donatio autem. vbi ſentit contrarium. Sed Ioan. And. ibi non ſequitur eum ⁊ vide etiam ad predicta ibi Ioã. Andr. ⁊ adde Spec. de do. §. j. ſuper verſic. quoddam. vbi ponit aliqua notabilia.

* **§. Si quis autem.** * Donatio annua in vita contrahẽtium collata, pro quolibet anno videtur vna per ſe ſeparata, ſecus ſi ad heredes ex-

a tendatur. h. d. Not. iſtum text. [a] ibi ſin autem etiam heredem, ⁊c.

1 quod † ille, qui promittit decem annua, intelligatur in vita ſua. niſi de heredib. expreſſe fiat mentio. Licet contrarium videatur velle gl. in l. ſi Stichum. §. ſtipulatio. ff. de verb. obli. vbi dixi tibi. Quero,

2 vtrum † iſtis legib. que de inſinuatione donationum loquuntur, poſſit renunciari. Breuiter reſpondeo non, nam legibus, que inducunt certam formam in conſtituendis actibus hominũ, renunciari nõ poteſt. ff. de pac. l. ius publicum. ⁊ l. nemo poteſt. ff. de leg. j.

ADDITIONES.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ §. Si quis autem. Unum not. quod dicit Bal. in l. ſeq. in §. ſed ⁊ ſi quis. vbi dicit quod donatio vniuerſalis cum ſit multum extenſiua, ſemper requirit inſinuationem.

a ALEX. ¶ Text. An promiſſio annua tranſeat ad heredem, vide Bart. in d. §. ſtipulatio. ⁊ ibi doct. ⁊ vide Bart. in l. ſi idem. in prin. de iur. omn. iud. in ver. quero. vtrum iſtis legibus poſſit renunciari inſinuationi, vide Barto. in l. modeſtinus. ff. eod. ⁊ quod not. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. ⁊ quod ibi Bart.

LEX XXXV.

a **Si quis argentum.** [a] Qui donat argentum poteſt illud tradere in materia, ⁊ ſpecie, ⁊ in pecunia ſignata. h. d. Uide gloſ. ſuper verſic. eſtimatio. quam vide. ⁊ not. de qua materia feci tibi quaſi vnam repetitionem, in l. Paulus. ff. de ſolu.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si quis argentum. Sed hec lex non habet locum in preſumpta donatione vt oriatur actio, ſecundum Bald. in l. ſi pacto quo pena. C. de pact. ⁊ Ang. in l. iuris gentium. §. igitur nuda. ff. de pact. videtur velle Bartol. in l. iuris gentium. §. quinimo. ⁊ l. hactenus. §. j. de conſtit. pecu.

a **§. Sed ⁊ ſi quis.** [a] Si donatur res vel vniuerſitas, ⁊ interueniat traditio vera, vel ficta, donatio dicitur eſſe perfecta, ſi interueniat ſtipulatio, ad perficiendum compellitur: ſi ſimplex conuentio, huius legis authoritate, vt perficiat compellitur. h. d.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Ad intellectum huius l. vide Ang. poſt alios in §. in perſonam. Inſtit. de actio. nu. 9. cum ſeq.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Sed ⁊ ſi quis. Et licet hic dicat, quod donatio ſolo conſenſu perficitur, vt inſti.eo.§.alie autem.tamen bene ad hoc ne ab alio poſſit vel alteri obligari requiritur traditio vera, ad hoc vt dicatur perfecta. Ita dicit not.Bartol.in l.j.ȷ.de iure.fiſci.per.l.fin.§.Lucius.ff.de dona.quod eſt menti tenendum ſecundum ipſum, ⁊ vide quod not.Imol.in l.Aquilius.ff.eo.Et an habeat locum in donatio.ante nuptias, vide gl.⁊ Bal.in l.j.ſ.de donatio.ante nup. An iſte text.habet locum ſi factum promittat pacto nudo, vide Bar.⁊ ibi Alex.in l.iuris gentium.ff.de pact.Et an habeat locum in pacto declinando, vide in eadē l.§.j. Uide aliquas limitationes per Bart.in §.quinimo.⁊ in l.ſi vnus.§.pactus.circa medium.⁊ in omnibus. Alex.an habeat locum in donatione cauſa mortis gloſ. eſt quod ſic.in l.cum pater.§.Meuio.de leg.ij.adde Imol.in l.qui in poteſtate.in prin.ff.de teſta.vbi alleg.gl.in d.§.Meuio.de leg.ij. ⁊ tenet Bal.in l.ſi donationis.ſ.de contrahen.empt.Et an habeat locum in factis, vide Bal.in l.cum virum.ſ.de fideicommiſſ.Et an habeat locum in donatione remuneratiua? Bartol.incidenter in l.iuris gentium.in §.quinimo.tenet quod non. Contrarium tenet ibi Alex.vbi vide.⁊ dum hic loquitur de iſta ficta traditione, vide quid ſit reſeruatio proprietatis, an dicat̃ ficta traditio? per Alex. in l.iij.in prin.de acquir.poſſeſ.

LEX XXXVI.

a **SI quis pro redemptione.**[a] Donatio que fit in redemptionē captiuorum, inſinuatione non eget ⁊ ille qui hoc officium ſuſcepit, ad ipſum explendum compellitur. Item in donationib.quas magiſtri militum conferunt in milites ⁊ in his que donantur in reparatione domus combuſte, ⁊ quod in caſibus predictis pecunia ſic expenſa iuramento probatur, ⁊ donationes hodie, vſq; ad quingentos aureos inſinuatione non indigēt.h.d. Not.tex.ibi.ſed tantū modo ſacramentum preſtare, pro iſtis executoribus vltimarum, qui debent iurare ſe dictam quantitatem in pijs cauſis expendiſſe.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si quis pro redemptione. In §.ibi donatio.limita vt dici ȷ.de actio.§.in bone fidei.per Bart.in l.nulli.ſ.de epiſc.⁊ cler. Bart.in l.diuus.ff.ſi cui plus.quam per l.Falc.

b AND. BARB. ¶ Si quis pro redemptione. Uide Ludoui. Ro.conſ.lxxxiiij.inci.in cauſa nobilis.vbi pulchre loquitur quādo res probatur per iuramētum. Utrum autem quando res eſt difficilis ad probandum debet hoc allegari.⁊ ideo probatur per iuramentum, vide eundē Lud.Ro.in conſi.lxxv.inci.pater reuerende.

De donationibus quæ ſub modo, vel conditione, vel ex certo tempore conficiuntur. Rub. LV.

LEX I.

* b **SI doceas.** * Si pactum donationis non ſeruatur,[a] poteſt res actione vtili vendicari, ⁊ condictione ob cām agi.h.d. Opp, quod imo detur alia actio, ſcilicet preſcriptis verbis, vt ſ.tit.j.cum res.Sol. Fateor, quod omnes iſte tres actiones concurrunt. Sed contra hoc opponitur: quia nemo condicit rem ſuam. preterquam a fure, vt l.ij.ff.vſufruc.quemadmo.ca.ſed hic datur rei vendicatio, ⁊ condictio.ergo

c male Solu. Iſta vendicatio[c] †, que datur hic, datur vtilis fauore

1 alimentorum ſecundum gl.hic poſitam.vnde non poteſt dici proprie res mea.merito mihi conceditur condictio vtilis.ergo vendicatio vtilis bene concurrit cum condictione ſecus in directa. De hac materia plene dic vt l.j.ff.de donatio.

ADDITIONES.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Si doceas. Quid autē ſi modus cōſiſtat in poteſtate donatarij ⁊ alterius, an adhibeatur illa diſtinctio que adhibetur in l.legatis.vide Rom.conſi.cccclxxxvj.

a ALEX. ¶ Non ſeruatur. Et hanc legem no.alleg.Bal.in l.ea lege.ſ.de condict.ob cau.⁊ vide in l.qui abſenti.§.j.poſt Barto.ff.de acquir.poſſ.Adde de hac lege Ioan.And.in additio.ad Spec.in tit.de inſtr.editi.§.porro.in ij.additio.

b ALEX. ¶ Iſta vendicatio. Adde quod not.Bart.in l.ſi mortis.de dona.cauſa mor.

LEX II.

SI rerum. Ualet pactum quod poſt certum tempus res ad donantem reuertatur.hoc dicit.

LEX III.

a **QUoties.** Ex pacto appoſito traditioni rei mee, alteri etiam extraneo, ⁊ eius heredibus actio poteſt queri[a], hoc dicit.hic eſt bonus caſus. Tenementi. Eſt ergo vnus de caſibus, in quibus alteri per alterū queritur actio. Simile vidiſtis ſ.ad exhiben.l.penult.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Actio poteſt queri. Et facit ad queſtionem, de qua per Bart.in l.qui Ro.§.Statius.de verb.oblig.Et ibi vide Alex.

LEX IIII.

PErfecta donatio. Poſt perfectam donationem nō poteſt ei conditio adijci inuito donatario, hoc dicit.

LEX V.

SI quid. Non refert quid ex equipollentibus fiat. hoc dicit.

De reuocandis donatio. Rubr. LVI.

LEX I.

a **ET ſi perfectis.** Donatio facta in libertū, ex leui ingratitudine reuocatur[a] per patronum, ſecus in heredibus eius, h.d.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Reuocatur. Et ad materiam huius tit. quando reuocatur dona. quid de fructibus? Gloſ.not.in l.generaliter.§.ſi quis.ff.de fideicommiſſ.liber.

LEX II.

SI apud. Licet inſtrumenta donationis ſint ſubtracta propterea non reuocatur donatio.hoc dicit.

LEX III.

POſſeſſionem. Sola penitentia donationem non reuocat.hoc dicit.

LEX IIII.

CUm profitearis. Ex cauſa turpitudinis donationis, non reuocatur donatio.hoc dicit.

LEX V.

SI donationem. Non debet donatio reſcindi per reſcriptum.h.d.

LEX VI.

VElles necne. Quando mulier donat, preſentia mariti, vel filiorum non requiritur.hoc dicit.

LEX VII.

a **HIs ſolis.** [a] Donatio facta in filios ex cauſa ingratitudinis reuocatur a matre que ad ſecundas nuptias non tranſiuit. hoc dicit. vel aliter. donatio facta filio vitioſo non tenet, hoc dicit hec lex. Nota primo quod condictio ex hac lege, qua donatio ex cauſa ingratitudinis reuocatur non proſequitur fundum: ſed datur contra ipſum dona-

1 tarium. Item not. † quod omnes[b] pene ſtatute contra ſecundo

b nubentes, habent locum in his, que nō honeſte viuunt, quod tenementi perpetuo, quia ſepe allegatur.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶ His ſolis. Nota ſingularem caſum ſecūdum dominum meum in l.donationes.§.ſpecies.ff.de donat.quod donatio non reuocatur propter ingratitudinem ſi mater tranſiuerit ad ſecundas nuptias niſi in caſu auth.hic poſite.

b AND. BARB. ¶ Item no.quod omnes. Adde text.de hoc, ⁊ ibi do.Abb.in c.vxoratus.de conuer.coniug.⁊ vide glo.in auth. ſacramentum.ſ.quando mulier offic.tut.⁊ text.in l.fin.eod.tit.⁊ in authen.de reſtit.⁊ ea que parit in xj.menſe. Dom.Petr.de Anch. in c.ex parte.de appellatio.

LEX VIII.

a **SI vnquam.** [a] Hec eſt ſingularis ⁊ notabilis l. Donatio habet tacitam conditionem, ſi donator liberos non ſuſceperit ideo natis liberis reuocatur.h.d. Idem intelligit gl.⁊ cuilibet extraneo ſi fuerit donatum. Et dicit gl.quod reddit ipſo iure vel condicitur poſſeſſio. Et materiam huius legis ⁊ multas alias queſtiones circa hoc dicit plene in l.Titia.§.Imperator.ff.de leg.ij.

ADDITIO.

a AND. BARB. ¶ Si vnquam. Uide Lud.Rom.in conſi.xv. pro iſta lege, incip.pro deciſione eorum.⁊ in conſi.clxvi.vbi late tenuit, quod non videtur quis renunciare beneficio huius l.per iuramentum, ⁊ pulchre allegauit. Uide quia allegat. Ioan.Andr.in addi.Spec.in tit.de donatio.adde ad Bart.

P. PAV. P. ¶ Si vnquam. Uide late Iaſon.in l.ex hoc iure.ff.de iuſti.⁊ iure. Deci.conſil.xx.contrarium tenet Soci.conſil.cexev.an beneficio huius poſſit renunciari, vide Iaſon.in l.penult.in verſic. hunc etiam videmus.C.de pact.

LEX